



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De omissione aliquorum, quæ recitanda sunt in Missa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Gavantus in Rubr. Missæ. p. 3. t. 11. n. 13. illam intolerabilem negligentiam, qua quis non curat eas perpetuo seu, ut plurimum, non servare, hic enim implicite videtur contemnere.

7. Excipe secundo, si negligantur animo inducendi novum ritum in Ecclesia, hoc enim, per se grave est, graviterque prohibitum à Pio V. initio Missalis, Quo primum tempore, & Concilio Tridentino sess. 22. in Decreto de observand. &c. Adverte has etiam exceptiones fundari in secunda parte regule datae.

8. Porro ex hac regula, & habendo semper præ oculis parvitatem, vel gravitatem materiæ, quod est universale in omnibus præceptis, facile colligemus quid in singulis Rubricis sentiendum sit. Quoniam verò id in toto hoc opere spatium à nobis factum est, solum aliqua hujus loci, propositique tituli propria breviter addemus.

§. II. Ne quid omittatur in Missa.

1. Nilhil omittendum in Missa: qui secus faxit, per se mortaliter peccat. Ratio est, tum antiquus Ecclesiæ sensus, & praxis: Tum autoritas Tridentini, & Pij V. Tum recepti ipsius nota gravitas.

2. Dico (per se) nam, ut modo innuimus, semper aliquid excusabit levitas materiæ, sicuti etiam leviter culpabilis inadvertentia, vel ignorantia, quæ perfecte item excusabit, si perfecte, & omnino fuerit inculpabilis. Discutamus per aliqua, unde & alia similia decerni possint.

De omissione aliquorum qua recitanda sunt in Missa.

3. Omittere illud (enim) in verbis Consecrationis Calicis, putant aliqui apud Suar. de Sacram. d. 59. sect. 1. §. Sed quæres, mortalem esse culpam; mihi, & aliis multis apud eundem, præciso contemptu, non videtur mortalis, quia in omissione unus particula, quæ non est de substantia Consecrationis, non apparet gravitas. Imò si ex contemptu omittatur, non esse certum, an sit mortale, docet Sotus in 4. d. 1. quest. 1. art. 8. §. Si autem, siquidem etiam contemptus potest esse veniale ex parvitate materiæ. Audi eundem ibid. disputantem de levibus vocum corruptionibus. Si feret (inquit) ex negligentia quantumvis crassa, & supina corruptio hac, atque alia ejusmodi parva, non esset nisi veniale. Imò quævis non adhibeatur diligentia proferendi, in finale in meum, vel si forte non proferatur, in in verbo, est, nullam profecto reor culpam incurri. Deus enim non est tam isarum minutiarum observator. Hæc Sotus.

4. Omittere unum verbum in Canone esse mortale, aliqui affirmant: Sed certè, licet minor omisso sufficiat ad constituendum mortale tam in Canone propter ejus reverentiam, quam in aliis Missæ partibus, tamen omittere unum, aut alterum verbum, non excedere lineam levitatis, merito communiter censent Doctores cum Suar. de Sacram. d. 83. sect. 3. §. Dico primo, circa finem. Unde rectè Suarez ibid. omittere tempore, v.g. Paschali, quæ interponenda sunt in oratione, Communicantes, vel in oratione, Hanc igitur, docet non esse mortale, idemque de omittente aliquem Sanctum ex iis, qui in Canone ponuntur, docet Filiucius tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 155.

5. Omittere Symbolum Apostolicum, quando est dicendum, vel Gloria, vel unam alteramve orationem, vel propter paritatem rationis, Evangelium ultimum, non est mortale ex levitate materiæ. Ita Delugo, de Euch. d. 20. sect. 4. n. 104.

6. Idem erit, si Sacerdos sollemniter celebrans omittet legere Evangelium, vel Epistolam, dum Diaconus, vel Subdiaconus eacantat: quævis enim Rubricæ, sive præceptivæ, ut aliqui dicunt, sive directivæ, ut alij putant, ordinant apud Dian. p. 5. tract. 13. ref. 95.

ejusmodi submissam lectionem: talis tamen reformationis omisso res exigua videtur. Ita idem ibid.

Imò Sanch. lib. 7. conf. c. 2. dub. 13. num. 3. ex aliis citatis à Dian. p. 2. tract. 14. ref. 42. & p. 1. ref. 95. contra Sæ citatum ab eodem, probabile est, Sacerdotem celebrantem cum Diacono, & diacono melius facturum, si dum hi cantant Evangelium, & Evangelium, ipse attentè audiat, nec egeret. Ratio esse potest, quia ex una parte Rubricæ debent recitari, est solum directiva, & non Epistola, & Evangelium in Missa solemni sunt Ministri, non Sacerdotis celebrantis; licet ex Sanch. ibid. Suar. tr. 2. de Rel. lib. 4. de ora. cap. 2. Officium in choro recitantes satisfaciunt solum, tæ audiendo lectiones, Capitula, Orationes, & alij juxta chori alternationem, soli dicunt, tamen beneficerent si recitarent, quia obmutumtando essent fortè molesti, ita in calu nostro devotus populus audit.

Quod dixi, extendo libens ad Gloria, Credo, & phetias Sabbathi sancti, aut Passionem Domini, & in Missa hebdomada, & in Missa celebrante cantari solent, par enim hæc ac de illis esse videtur.

De omissione Oblationis, & obiter de Particulis consecrandis, quæ post oblationem apponuntur.

7. Omittere oblationem Hostiæ, vel Calicis, est bio grave quid est, ut etiam omittere infusorem calicis aquæ in Calicem, pertinent enim hæc maxime ad Sacrificium, & ad mysterium. Ita Dodonæ citandi, & passim.

8. Sed quid faciet Sacerdos, si post Offertorium, est, facta oblatione Hostiæ grandioris, superveniente crista, vel alius, qui afferat alias Particulas consecandas ad communicandum populum?

Bonacina de Sacram. d. 4. q. ult. p. 1. n. 6. in nat, dictas particulas tunc non posse consecrari, & vinus de off. curati cap. 2. num. 2. posse, idque, eas offerendo de novo, vel etiam non offerendo, & vultus in Rub. Missæ. p. 3. tr. 10. n. 29. posse consecrari, sed satis esse, si mente offerantur. Adhuc men id non debere fieri, si afferantur remota oblatione Hostiæ grandioris, puta, post Præfationem.

9. Dico breviter duo. Primò posse consecrari, & eundem cum Gavanto expeditius esse, & tutius, si eundem offerantur, oblatione mente concepta: & eundem & iam ponitur substantia oblationis, & ordo Missæ, quæquam turbatur.

10. Dico Secundò, me non approbare, quod Gavantus, nam si id potest fieri proxime ad oblationem, non apparet ratio convincens, cur non possit remota.

11. Dicit fortasse Gavantus, si afferantur remota oblatione, multæ ceremoniæ, & Orationes, quæ recitantur super Oblata, non erunt dictæ super illas particulas tardè allatas.

Respondet, sufficere, quod ejusmodi orationes actionesque exhibitæ fuerint super Hostiæ grandioris, quam allatæ hæc particule sunt accessoria: id quod culpa gravi excusabit, ut in simili mox dicam. Veniali verò, si qua esset, excusare poterit populi communicaturi commoditas, vel ne palam reprehendatur crista, qui tardè particulas attulit, vel quid simile.

De Omissioni Signorum super Particulas consecrandas.

12. Sacerdos quidam statim, atque Particulas istamque grandiorē consecravit, Pixidem Particulas dictas continentem intra Sacristiam, seu Tabernaculum includit. Imò aliquando statim eas debet alio Sacerdoti, quas populo communicatio in alio